

huius rei, ut decebat, non ΤΕCΤΟ ΝΟΜΙΝΕ, potius et ΤΕSΤΙVΜ, et STEPHANI EXPRESSO diiudicarent, et reum statim secum in iudicium raperent, uti AVCTOR *Actorum Apostolicorum* nobis hoc factum enarrat: k) και ἐπισάντες συνήρπασαν αὐτον και ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. Alterum uero quod de illis dictu turpe est, hoc fuit, Iudices Hebraeorum ad hunc casum peruestigandum et de eo deliberandum in edictis ΤΕSΤΙVΜ audiendis et assumendis fuisse nimis credulos et faciles. Nam si in hoc facto diiudicando secundum canones iuris sui civilis legitime procedere uoluissent, illis incubuisset, ut de omni ac singulo momento prius, quam ius in STEPHANVM pronunciauissent, ΤΕSΤΕS POSTRIDIE, NON CONIUNCTIM, sed SEPARATIM, deinceps seueritate Iudicum perterritos, et legitimis QVAESTIONIBVS uexatos, accurate examinassent et explorassent: quae uero omnia tacet LVCAS l) aperto testimonio, quod Iudaei malitia et iracundia in nostrum MARTYREM commoti et abrepti, horum canonum et regularum maiorum suorum consulto obliti fuerint.

§. V

TESTIBVS IN SYNEDRIO TERROR ERAT IN
CVTIENDVS GRAVISSIMIS COMMI
NATIONIBVS

Egregium est uatis diuini IEREMIAE dictum de imperferutabilibus animi humani adytis a) עקב הלב מכל ואנש הוא מי ידענו

Cor

k) Act. VI. u. 12. sub finem.

l) Cap. eiusdem uers. 13, 14, 15.

a) Ieremiae Cap. XVII, uers. 9.